

BIBLIOTECA COMUNALE DI BMM

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

C. 37. 2. 2

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

37-2-12

D. Dionysii Car:

THVSIANI IN QVATVOR EVANGELISTAS ENARRATIONES,

præclarę admodum, & ab eruditissimis optimisq; viris quàm diutissimè desideratæ: atq; nunc ex altera, eaque diligentissima ad archetypon recognitione, sublatis mendis quibus scatebant pluribus, quàm diligentissimè excusæ. necnō in tres tomos partitæ, quorum singulis contentorum præfertur index.



BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

PARISIIS
Væneunt apud Iacobum Keruer.
1541.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

SERENISSIMO ATQVE INVICTISSIMO Anglorum Regi, Henrico, eius nominis octauo, Theodoricus Loer à Stratis, præclarę Carthusiensium domus in Colonia Agrippina humilis vicarius S. P. D.

MAximopere me duxi facturum serenissime Rex Henrice, atque Christi athleta inuictissime, si lucidissimas ac plane diuinas in quatuor Euangelistas Dionysij nostri Enarrationes, regiæ tuæ celsitudini, periculosis hisce tẽpori bus, cũ omni qua decet reuerẽtia atq; honore dedicarem. Sic enim placuit (nec id quidem indecenter) venerabili ac religioso patri D. Petro Blomeuennę Leidensi, dignissimo Carthusianæ nostrę domus S. Barbaræ in Colonia ac priori, principali prouincię Rheni visitatori, cæterisque confratribus nostris, tum Regię tuæ Maiestati, tum reliquis omnibus catholicæ fidei principibus, in Christo deditissimis. Et quid mirum? Scriptis enim tuis, in quibus de sacramentis agitur, dilatasti gloriã populo tuo, & ante annos aliquot induisti te loricam doctrinæ catholicæ sicut gigas. succinxisti quoque & lumbos tuos arma scripturæ bellica in disputationum præliis cotra hæreticos, & protexisti seruatoris nostri castra gladio eruditionis tuę.

Similis insuper leoni factus es Euangelico, & sicut mysticus leonis catulus è cœlo in terrã missus in venatione perfidorum. Persequutus enim es iniquos in regno tuo, eosque perscrutãs, qui populum tuũ fidelem condemnatis quibusdã hæresibus nequiter cõturbabant. Tuæ igitur Regiæ celsitudini tam præclaras Dionysii nostri enarrationes nõ immerito nuncupamus, vel ex eo etiã argumento, quod dignæ sint propter quas vadimoniũ q̃ rectissime relinquatur. Præterea si sanctus Vuillefridus episcopus istic Eboracẽsis, libres quatuor Euangeliorum aureis literis (vt Beda refert) conscribi voluit, atq; preciosis subinde amicire chlamydulis, quid non faciet hac in re singularis tuæ Maiestatis prudentia? Ipse enim Dionysius fortitudine sancti spiritus indutus, veteres eneruans hæreticos, Christi doctrinã luce lucidius declarat, nihilq; qđ ad rem facit nobis intentatũ relinquit. In hisce quidẽ ipsius enarrationibus mẽs nostra vegetatur, eloquutio

diuinitus expolitur, ſupellex arcanorum cœleſtium copioſiſſima comparatur. In his quoque animus omnium noſter grauioribus eſt exuendus curis, literis etiã demulcendus ſacratioribus, & delitiis quotidie refouendus nunquam perituris. Sunt præter hæc in Dionyſio noſtro, prudentię oculus, libra iuſtitiæ, fortitudinis ſedes, regula temperantiæ, honeſtatis exemplar, charitatis ſplendor, fons gratiarum, bonorũ ſpes, refugium innocentum, præſidium miſerorum, nec minus philoſophorum quàm theologorum ſacrarium. Porrò per hunc ſanctum virum ſpiritus domini loquutus eſt, cuius & ſermo per linguam eius. In hoc inquam viro vapor quidam fuit virtutis dei, & emanatio quædam claritatis eiuſdem, cum candore etiam lucis æternæ. Nec mirum. Nam omnia quæ ſcripſit idem ipſe Dionyſius noſter ex ore prodierunt altiſſimi, eorumque virtus in magna diuinorum chariſmatum abundantia, ad extremum proculdubio terrę diffundetur. Et ne longum faciam, hic nunquam acquieuit carni aut ſanguini, ſed in eo fuit plena priuati amoris extinctio, & diuini duntaxat pura ardénſque affectio. Quapropter oramus atque obſecramus regiam maieſtatem tuã in Chriſto Ieſu, vt haſce D. Dionyſij elucubrationes boni cõſulat, & venerabilem noſtri ordinis patrem F. Iohannem Batmonſonum, cœnobij Annunciationis beatæ virginis Mariæ prope Londinum, priorem, ad Arnoldum Birlzman bibliopolam Colonienſem, qui Dionyſij opera apud Britannos in precio eſſe teſtantur, commendatos ſibi in tutelam ſuſcipere non recuſet. Valeat eadem regia tua celſitudo fœliciter. Coloniæ ex ſacris noſtris ædibus Anno domini. M.D.XXXII. pridie Idus Martias.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

¶INDEX EORVM QVAE PRAECIPVA HABENTVR in enarrationibus Euangeliorum beatorum Matthæi & Marci.

ALma duo significat. fo.11.b
Abrahã fidei exemplum 2.c.d
Abimatu & infra bifariam exponitur 18.a
Abominatio quæ 192.c.f
Admiratio quomodo in Christo. 74.a
AEgyptum potius q̃ aliam regionem petiit Christus 24.f
AEdificium templi cur Christo ostenderunt discipuli 189.d
Ager in quo thesaur⁹ inuẽtus. 123.f
Agonia quid 214.e
Alabastrum vnguenti 251.f
Albefactio vestimentorum Christi 142.d
Alteritas effigiei quomodo facta in Christo 255.c
Amen quid 58.a
Anathematizare quid 252.d
Angeli tres apparuerunt in monumento Christi 254.e
Angeli apparent merito in forma iuuenili ibidem.c
Angelorum infimi ordinis officium 150.a
Anima Christi semp beata. 142.c
Animæ immortales contra Saducæos 180.e.
Appropinquare deo 105.d
Area ecclesia est 24.f
Archisynagogi 83.a
Arundo quassata quid 110.b
Aspectus Christi in cælum. 138.b
Auaritia sacerdotum 169.c
Auditio dei quid 177.b
Audita blasphemia Iudæi scindũt vestimenta sua 217.f

B

Baptismus Iohannis 21.d
Baptismi octo genera 20.f
Baptismus Christi ad quid ordinatur 24.d
Baptisatur Christ⁹ propter quinque 25.f
Baptisatus baptismo Iohannis an veniebat rebaptizãd⁹ baptismo Christi 26.d
Beatitudo duplex 35.f
Beatitudo & fructus in quo conueniunt ibidem.c
Bethania 170.b
Bethleem duplex 12.e
Bis in euangelio legitur Christus perfusus vnguento fuisse à muliere 205.f
Bblasphemia quid 112.e.f
Boanerges 88.b

C

Cæci an bene fecerint prædicantes quod eis Christ⁹ prohibuerat 85.e
Cæli aperti quomodo 26.a
Cæsareæ duæ 137.b
Capharnaũ, Corrosaim & Bethsaida vbi sitæ 103.d
Cæphas quid 88.a
Cælũ & terra transire quid. 196.b
Caluariæ loc⁹ cur sit dictus. 223.f
Cananæa figurat ecclesiam 134.b
Catechismus prẽcedit baptismum in adultis 33.c
Casus varii impedientes ne dimittatur

ratur vxor quæ fornicata est 47.f
Centuplum accipere 247.f
Centurionis fides vnde 72.d
Centurio quid præfigurat 74.c
Christi plures vocati 1.d
Christus nomen personæ Ibid.e
Christus cur dicitur Dauid & Abrahæ filius Ibidem.f
Christi generatio triplex 2.a.b.c
Christi conceptio non fuit naturalis 10.c
Christi calciamenta portare quid 24.a
Christus cur tentari voluit 27.e
Christus non ieiunauit diutius q̃ Moyses & Helias 28.b
Christus quomodo assumptus à diabolo. 29.b
Christus legem impleuit secũdum duplicem sensum 42.d
Christus pauperem vitam elegit 75.e
Christus concessit dæmonibus qđ petebant 78.b
Christus negatur tripliciter 94.f
Christus separat homines dupliciter 95.e
Christus locutus est in parabolis multis de causis 116.f
Christus cum ecclesia 233.f
Christi animi optimus ordo Ibi.e
Christus quendam cæcum cur successiue curauit 244.c
Claudi, cæci, mortui spiritualiter curantur 98.f
Cibꝰ quomodo quoinquinat 131.b
Clauis ecclesiæ 138.d
Cogitationes malæ vnde 133.a
Confessio duplex 103.f
Correptio fraterna 151.f
Confusio duplex 215.d
Corbana 220.c
Crastinum quomodo accipitur 54.d

D

Dalmanutha & magedan locus binomius 244.a
Damnatio malorum fidelium maior quam infidelium 91.b
Dauid rex solus nominatur 4.e
Decapolis quid 34.b
Dei iudicia 127.b
Dæmones bona de Christo prædicant 239.d
Dæmon dicitur aliquis dupliciter 93.d
Dæmones Iesum filium dei fatentur 78.a
Dæmon voluntatem Christi putauit infirmitatem 31.a
Desponsatam virginem matrẽ cur Christus habere voluit 9.c
Denarius numerus perfectus 198.c
Dies quomodo mala 54.f
Deus quomodo tentat 57.d
Diabolus quomodo dicitur homo 122.c
Diaboli diuersi conatus de morte Christi 222.a
Diabolus dicitur surdus & mutus 245.c
Dilectio ꝓximi sicut suiipsius exponitur tripliciter 182.a
Dilectio amici an inimici vtra melior 53.a
Dignitas prosapiæ friuola 22.f
Dignus per cõparationẽ ad Christum dicitur quis dupliciter 24.b
Dipondium quid 94.d
Dimissio patris & matris 154.c

BIBLIOTECA COMUNALE DI TRENTO